Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



via salaria · passio beati gentili clarissimi et doctissimi viri · sociorumque eius cerealis · amancy · et primitiui · qui iussium adriani imperatoris primo cesi · deinde in carcerem reclusi · postremo incendio sunt traditi · Apud mitomediam · sancti zacharie · iustiniani odoro · sancti censurij episcopi et confessoris ·

XVI. Natale sancti barnabe · in idus iunij · ii. dies Junij.
apostoli · qui a discipulis cum paulo gentium aplis ordinatus est · Huius corpus tempore zenonis imperatoris · ipo reuelante repertum est · In aquileya · passio sanctorum felicis et fortunati · sub persecuone diocletiani et maximiani · qui cum essent duo germani fratres · equleo sunt suspensi · atque ardentes lampades circa latera eorum apposite · Quibus mox dei virtute extinctis · per ventrem feruenti oleo sunt perfusi · atque ad vltimum in confessione dni capite sunt truncati ·

XVII. Mediolano · festiuitas · xii · idus iunij · ii. Junij.
sanctorum · nazarij et celsi martirum · quando idem beati martires a beato ambrosio inuenti sunt · et translati · tanta gracia decorati · ut sagulis eorum quasi recentissime effusis uideret · et capita quasi ea die abscisa fuissent · Tantumque omnes senserunt odorem · ut omnium aromatum uinceret suauitatem · festiuitas uero martirij eorum · agitur quinto kalendas augusti · Eodem die · sancto

XVIII. Romae · natale martirum · basilidis · cirini · nabore et nazarij · iudis iunij · iii.
felicitate virginis et martiris · que nolens